virtute regulamur al'ſ religamur diui
no cultui. Pietas eſt virtus qua parē
tib9 vel potentib9 honorem debitū ex
hibemus. non ſolum in veneratōe ſed
etiam in exhibitione neceſſariorum.
Seueritas eſt virtus qua ꝯmuni vtili/
tate ſeruata diſtricte agimus in ſuppli
cijs reddendis. vt non relinquamus
aliquid de pena debita. Innocētia eſt
qualitas mentis onus iuris nō formi/
dans. Reuerentia eſt virtus q̄ primis
noſtris vel aliqua prelatione ſublimi/
bus debitū honorificationis culmē ex
hibemus. Hec diuidit' in duas ptes.
in veneratōem que eſt virtus qua reue
rentiam exhibemus maioribus in cor
poris humiliatōe. geſtu. nutu. ⁊ verbo
rum emiſſiōe. in obedientiā que eſt cā
iuſte iuſſionis effectus. Miſericordia
eſt virtus per quā animus in calamita
te alterius mouetur. F Et ſciend
ꝙ virtus perducere ſolet hominem ad
vitam eternā. que virtus maxime eſt
amor dei de quo cetere virtutes proce/
dunt. ⁊ etiam virtutes cardinales. q̄
cum habite fuerint dilectionem dei ⁊
ꝓximi in mente cuſtodiunt ⁊ ꝯſeruāt
Unde beatus auguſtinus Uirtus ad be
atam vitam nos perducit. ſed virtutē
nihil eē affirmauerim niſi per ſummū
amorē dei. Nam ⁊ illud qđ virtus qua
dam partita dicit' ex ipſius amore va
rio quodam affectu dr. Eſt enim tem/
perantia amor integꝝ ſe prebēs ei qđ
amat'. Fortitudo amor facile tolerās
omnia ꝓpter id quod amat'. Juſticia a/
mor ſoli amato ſeruiens. ⁊ ideo recte
dominans. Prudentia amor eoꝝ qui
bus adiuuat' ab eis. quib9 impedit' ſa/
gaciter eligens. Sed hunc amorē nō
cuiuſlibet ſed dei eſſe diximus. i. ſum/
mi boni. ſumme. ſapiē. ſumme cōcor/
die. Eſt etiam caritas ſimplex ⁊ pura
que ſpiritu ſancto inſpirata perducit
ad filium per quem cognoſcitur pater
Omne aūt officiū temperantie eſt exu
ere veterem hominem ⁊ in deo renoua
ri. i. ꝯtemnere omnes illecebras cor/
poreas ⁊ laudē popularem. totumq3
amorem ad diuina ꝓferre. ne ſubijciat
ſe homo per peccata his reb9 mortali/
bus vite regulā vtroq3 teſtamento for
matam vt eoꝝ nihil per ſe diligat. ni/
hil appetendum putet. ſed ad vite hu/
ius atq3 officioꝝ neceſſitatē (quantū
ſatis eſt) vſurpet vtentis modeſtia nō
amantis affectu. ſi eñ deus eſt ſummū
bonum hominis. nihil aliud eſt homi
ni bene viuere q̄3 toto corde. tota aīa
tota mente deū diligere. a quo exiſtit
vt incorruptus in eo amor cuſtodiat'.
quod eſt tempantie. nullis frangat' in
commodis qđ eſt fortitudinis. nullis
alijs ſeruiat qđ eſt iuſticie vigilet ī di/
ſcernendis reb9. ne fallacia ſubrepat.
qđ eſt prudentie. hec eſt hominis vna
perfectio qua ſola impetrat' vt carita/
te in veritate perfruat'. non poteſt autē
ſeipſum diligere qui deū diligit. imo
ille ſolus ſe diligit qui deū diligit. q2
ſedule agit vt ſummo bono perfruat'.
qđ aūt agis tecum agendum eſt cum ꝓ
ximo. ſc3 vt ad id bonum ad quod ip/
ſe tendis eum adducas. illud enim eſt
vnum bonum quod omnib9 tecū ten/
dentib9 non fit anguſtum. Ex qua ſc3
dilectione ꝓximi naſcunt' officia ſoci
etatis humane. in quibus non errare
difficile eſt Duob9 enim modis pecca
tur in homine. vno ſi ledatur. alio cū
poteſt non adiuuatur. hec auguſtinus.
Et ſic patet de quatuor virtutibus car
dinalibus. Filius.

Cupio etiam aliqua ſcire de ꝯſili
is ad que tenētur religioſi facta
profeſſione. anno probationis expi/
rato.

Capl'm XIII. Pater

Scire debes fili
ꝙ ꝯſiliū eſt ꝑſuaſio melioris
boni ad qđ non teneť quis ex p̄cepto.
G Unde notandū ꝙ ꝯſilia in mul-
tis differunt a p̄ceptis. Primo q2 ad
precepta tenemur. ad ꝯſilia ꝟo nō. q2
p̄cepta ſeruare eſt neceſſitatis. cōſilia
ꝟo voluntatis. Item lex vetus dat pre
cepta viꝫ decalogi hoc eſt decem p̄cep
ta. euangeliū ꝟo ſupaddit ꝯſilia Naꝫ
ꝯſilium ptinet ad ꝑfectos. preceptuꝫ
aūt ad ꝑficiendos. p̄cepta ſepant nos
ab illicitis. ſed ꝯſilia a ꝯceſſis. per pre
cepta declinamus pctā ſed ꝑ ꝯſilia de
clinamus occaſiones peccandi Itē p
p̄cepta penā fugimus. ſꝫ ꝑ ꝯſilia p̄miū
cumulamus Item ad p̄cepta ꝯſtringi
mur ex debito. ſed ad ꝯſilia non niſi ex
voto. q2 ꝯſilium ꝑ votū fit p̄ceptū ſicut
ait aug. Uouere inquit eſt voluntatis
reddere ꝟo neceſſitatis. H Et ſci
endū ꝙ ꝯſilia q̄uis ſint plurima. tn̄ p̄-
cipue ſunt tria videlicet caſtitas paup
tas ⁊ obīa. De p̄mo viꝫ caſtitate d2 in
euangelio. ſunt enuchi qui ſeipſos ca
ſtrauerūt ꝓpter regnum celoꝝ Secun-
dum ꝯſiliū viꝫ paupertas ꝯſiſtit in ab
dicatione ꝓprietatis al's ꝓprie volunta
tis. Un̄ ꝑ dn̄m in euangelio d2. Qui
non renunciauerit oībꝫ. que poſſidet
non poteſt eſſe meus diſcipulus. Et de
monachis ꝓprietatē hn̄tibꝫ dr̄ beatus
ihcroni. Monachus habens obulū nō
valet obulum. Tercium ꝯſiliū videli
cet obīa tangiť in euangelio cū d2 ſup
cathedram moyſi ſedebūt ſcribe ⁊ pha
riſei que dicunt facite que aūt faciunt
nolite facere. Predicta aūt ꝯſilia ſunt
ſubſtantialia oīs ꝑfecte religionis. q2
ſuos obſeruatores vel ſectatores elon-
gant a malo nō ſolū quantū ad malū
culpe ſed etiā quantū ad mali cauſam
Unde religioſi maxime hec tria ſolent
vouere ⁊ promittunt obſeruare. I
Omne nāq3 malū oriť ex triplici radi
ce. ſ. ꝯcupiſcentia carnis. ꝯcupiſcen-
tia oculoꝝ ⁊ ſupbia vite. Predicta ꝟo
ꝯſilia nos elongant ab hac triplici ra-
dice. nam ꝑ caſtitatē vinciť carnis cō
cupiſcentia ⁊ luxuria. ꝑ paupratem ſu
pať rerū terrenaꝝ cupiditas ſeu auari
cia. ꝑ obīam aūt calcať mentis elatio
ſiue ſupbia. Sed q2 de his tribꝫ virtuti
bus. ſ. paupertate. caſtitate ⁊ obīa. ſu
perius tractauimus non eſt opus vt de
his iterum mentionē faciamus K
Soluꝫ hoc adijciendū eſt ꝙ omnes ho
mines maxime ſolēt deſiderare tria. ſ.
opes. voluptates. ⁊ honores. ex quibꝫ
tribꝫ cetera vitia ꝓcedūt ⁊ oriunť Un̄
innocentius Tria maxīe ſolent hoīes
affectare. opes. voluptates ⁊ honores
De opibꝫ praua. de voluptatibus tur
pia. de honoribꝫ vana ꝓcedunt. Nam
opes generant cupiditatē ⁊ auariciā.
voluptates pariūt gulā ⁊ luxuriā. hono
res nutriunt ſuperbiam ⁊ iactantiam.
hec innocentius. Sed criſtifideles ⁊
maxime religioſi habent remedia con
tra predicta ſcelera videlicet caſtitatē
paupertatem ⁊ obedientiam. per quas
virtutes cū dei adiutorio vincere poſſū
ſunt vitia ſupradicta.

Filius

Poſt informationem diuerſaruꝫ
virtutum ſuperius premiſſarum
nunc de bona actione ſeu operatione ca
pio edoceri.

Ca. ·XIIII· Pater. L

Debes ſcire qđ
poſtq3 homo fuerit per predi
ctas virtutes videlicet humilitatem.
patientiam ⁊ caſtitatem. ac alias vir
tutes ſuperius premiſſas interius ⁊ ex
terius decenter ornatus debet etiam in